



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

CX. Marinvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

excommunicandum esse decreuit; perfeuerantem verò anathematis vinculo innodandum.

IDEM inter cætera de decimis sacerdotibus dandis ita præcepit. *Quas, scilicet, decimas vnumquemque fidelem illi sacerdoti dare censuimus, in cuius parrochia eum procul dubio constat sub Episcopi proprii ditione, quia ad hoc recipiendum ab Episcopo suo est constitutus, manere; & ideò nullum alterius dioceseos sacerdotem aut Leuitam alteri iure * ea nouum debita * for. cano- huiusmodi audire impudenter, vel temerè querere, aut accipere * damnatio- num vel donationem. Cum verò, qui aliter dare vel accipere presumpserit, * for. tantum, Ecclesiastica communionem tamdiu iudicamus manere priuatum, donec secundum hoc nostræ apostolicæ auctoritatis capitulum studuerit agere.*

HVIUS temporibus LODEVVICVS Imperator ab Adalgiso Beneuentano Duce, constrictus timore vitæ iureiurando firmavit, nunquam se Beneuenti fines ultra intraturum, neq; ex periculo iniuriæ tunc sibi illatæ vindictam aliquando exacturum. Ab hoc autem iuramento postmodum prædictus Papa cum Romæ absoluit auctoritate DEI & S. Petri, affirmans nihil sibi obesse, quod ob mortis periculum euadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem Reipub. quamuis cum multis execrationibus, fuerit prolatum.

CX.

MARINVS.

MARINVS, sedit annum vnum, menses quinq;.

A. DCCC-
LXXVII.

CXI.

HADRIANVS III.

HADRIANVS, sedit annum vnum, menses quatuor.

A. DCCC-
LXXXIV.

CXII.

STEPHANVS VI.

STEPHANVS, sedit annos sex. Hic * Herimanum Coloniensem Archiepiscopum, & Adalgarium Hamburgensem Archiepiscopum de Bremensi Ecclesia contententes Wormatiam ad Synodum venire iussit, vbi Fulconi Remensi Episcopo vice sua commissa causam eorum examinari mandauit.

A. DCCCLXXXV
* Hermānū
Vide A. Krät-
zium Lib. 2.
metrop. c. 19.
& 24. Alb.
Staden. in
Chron. ad
ann. 896.
Trieth. in Chr.
Hirsang.
A. DCCCXCI.

CXIII.

FORMOSVS.

FORMOSVS Portuensis Episcopus, sedit annos quinq; menses sex * Qui Formosus religiosissimus à Romanis vehementer af-

* Verba reli-
qua sunt Lu-